



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

XXXIV. De restitutione Ebonis Episcopi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

& corpus cuiuscunque sancti in unum sociata habebunt vitam æternam , quia adunantur simul caput & membra. Et sic totum corpus Christi gaudebit in perpetuum. *Caro enim mea verè est cibus , & sanguis meus verè est potus.* Cùm enim cibo & potu id appetant homines ut non esuriant neque sitiant , hoc veraciter non præstat nisi iste cibus & potus , qui eos à quibus sumitur immortales & incorruptibiles facit , id est , societas ipsa sanctorum , ubi pax erit & unitas plena atque perfecta.

*De restitutione Ebonis Episcopi.*

C A R .   X X X I V .

De Ebonis autem Remensis Episcopi depositione atque restitutione non necesse esse æstimo tuæ interrogationi respondere. Videant illi qui hoc egerint utrum justè an injustè hoc fecerint. Ego , dum in episcopatu Moguntiensis Ecclesiæ indignus constitutus sum , inveni eum in Hiltineshaim in Saxonia episcopalem sedem habere. Nec eum prohibui præsulis officium gerere , quia audivi ab apostolica sede in locum suum restitutum esse. sìcque ad finem vitæ in suo officio remansit. Rogantibus autem quibusdam fratribus , Hincmaro Episcopo nuper pro hoc ipso epistolam direxi : quia audivi eum illos quos Ebo post restaurationem suam consecravit , à sacerdotali atque clericali officio removisse. Postquam autem mihi inde responsum opportunum redditum fuerit , tibi intimare curabo.

## E P I L O G U S.

Hæc igitur tibi , sancte frater , juxta pos-  
tulationem tuam ad interrogata , quantum  
agritudo infirmi corporis mei sinebat , &  
commoditas temporis permisit , juxta san-  
ctorum canonum instituta & sanctorum pa-  
trum sententias respondere curavi. Tu au-  
tem , qui fospes & multorum librorum co-  
piam adquirere & legere vales , si quid me-  
lius & congruentius invenire poteris , meæ  
parvitat in epistolari scriptura intimare non  
graveris.

F I N I S.



